



Disputatio XII. De Syllogismo Demonstrativo

Vollständiger

Titel: Disputatio XII. De Syllogismo Demonstrativo

PPN: PPN635776545

PURL: <http://resolver.staatsbibliothek-berlin.de/SBB00002E210000000>

Erscheinungsjahr: 1608

Signatur: 12 in: NI 8414

Kategorie(n): Historische Drucke, Philosophie / Psychologie

Projekt: Preußen 17 digital - Digitalisierung des im VD 17 nachgewiesenen Bestandes preußischer Drucke der Staatsbibliothek zu Berlin

Strukturtyp: Monografie

Seiten (gesamt): 25

Seiten (ausgewählt): 1-25


Lizenz: Public Domain Mark 1.0




R 7042

UK 8414

M





DISPUTATIO XII.
DE
SYLLOGISMO DE
MONSTRATIVO.

Quam

Auxiliante DEO ter Opt: Max:

In Academiâ Marchicâ, quæ est Fran-
cofurti ad Oderam

PRÆSIDE

M. JOHANNE TUNGERLARIO

Leontino Marchico,

Defendendam suscipiet

MICHAEL BOLFRASIUS

Francofurt. March.

Die 28. Maij

ANNO

ChristVs Dat sapientiaM.

Loco horisq; constitutis.

Alexander Aphrodisiens.

Ἐν Ῥοσκόρω βαρβαρικῶν τῶν τῆς ψυχῆς ὄμμα κα-
πρωσυμῶν εἰλεῖ καὶ ἀγάγει ἀνω διαλεκτικῆ. *Canō*
quodam barbarico demersum animi oculum trahit & subvehit sur-
sum Dialectica.

TYPIS NICOLAI VOLTZII.



Clarissimo & Consultissimo
VIRO,

DN.

MATTHÆO CVNONI
J. U. D. IN INCLYTA MARCHIONUM
Brandeburgensium Academia Professori & Ordina-
rio, Illustrissimi Electoris Brandenburgici
Consiliario dignissimo,
&c.

NEC NON

Clarissimo & Consultissimo
VIRO,

DN.

GEORGIO HENRICO
BOLFRASIO J. U. D. ET SCABI-
natus Hallensis Assessori pri-
mario &c.

Dn. Avunculo & Patrueli summâ animi
observantiâ in æternum
colendis

Hæc studiorum suorum primitias

Offert

MICHAEL BOLFRASIUS.

DISPUTATIO XII.
DE
SYLLOGISMO DEMONSTRATIVO.

Respondente

MICHAELE BOLFRASIO
Francof. Marchico.

THESIS I.



Sferuimus in thesi 6. Disputat. 10. dupli-
cem esse Syllogismum, alium abstr:ctum, alium verò
concretum. Prioris itaq; naturam & affectiones satis
cum finis superioribus contemplati velitationibus,
hacq; ratione communi Logices parti ultimam manum
imposuerimus; Ordo à nobis etiamnum requirit, vt
proprie partis adeamus latibula, indeq; concretum eruamus Syllogismum.

II.

Cum verò concretus Syllogismus pro triplici subjecta materia neces- **Concretus**
saria, probabili seu fortuita & absurda seu falsa, triplex etiam statuatur: Syllogismus
Necessarius videlicet, seu Apodicticus, Dialecticus, Topicus seu Probabilis, **triplex.**
& Sophisticus. Hospin. lib. 2. Epit. quæst. Dial. pag. 127.
nos hac ἀρχῆς nobilitatis habita ratione auream tractabimus Demon-
strationis doctrinam.

III.

Demonstratio Græcis dicitur *δεδόδειξις*, que vox suam peculiar- **Vocabulum**
rem habet significandi efficaciam, & denotat talem probationem, que non **Demōstra-**
tantum ostendit rem ita se habere, sed simul etiam monstrat causam, ex qua **tionis su-**
& per quam res ita est. Hoc enim proprie significat *δεδόδειξις*. Ke- **mitur**
ckermannus lib. 3. System. Log. min. c. 22. p. 411. **Strictè**

IV.

Nam in genere alia & laxa illa lataq; significatione *δεδόδειξις* De- **Latè.**
monstra-

monstratio significat omnem ex quocumq; tandem loco sumptam probationem, ut cum dicimus: Demonstrabo tibi hoc ad oculum, id est, evidenter & firmiter probabo. Que vocabuli ambiguitas multos fefellit, ut inter necessariam probationem & demonstrationem discrimen nullum agnoscerent. Idem ibid. de varia vocabuli Demonstrationis acceptione videatur. Hofpin. d.l.

V.

An sit De-
mōstratio.

Licet autem quidam fuerint reperti, qui omnem sustulerint scientiam, atq; nullam inveniri demonstrationem asseverare non erubuerint, ut Protagoras, Heraclitus, Ephesius & eius Discipulus Cratylus: Aristoteles lib. 1. major. Metaphysic. cap. 6. t. 5. & lib. 3. t. 23. Nos tamen cum Philosopho posterior. Analyt. 1. & 3. demonstrationem dari as-

Probatio

1.

severamus, atq; sic quoq; ἐπιπέδως scientiam hac ratione: Omnis scientia alicuius conclusionis sit ἐκ πρῶτης ἀποδείξεως ex antecedente principiorum cognitione, & demonstratio ex antecedente docet cognitione. Ergo erit aliqua & per consequens etiam scientia.

VI.

Probatio
2.
ex materia
quod sit de-
monstratio
dicitur.

Et ἡ δὲ ἀποδείξις exempla in rerum natura vel sexcenta reperiri edocet experientia omnium rerum Magistra, quippe qua instructi deprehendimus, certa propria singularum rerum per varias species distinctarum constitutionem & principia insequi. Lam vero ipse in se acceptæ species minorem terminum in ἀποδείξει constituunt: propria certa maiorem terminum, & principia specierum interna medium terminū, quid quod & finalis causa multiplex, que affectionibus proprijs à DEO singulis rerum est tributa speciebus demonstrationem infinitis penè accumulæ medijs? Ex hoc numero illud est exemplum: Quicquid debet producere fruges & sustinere animalia, illud est immotum. Terra debet producere fruges & sustinere animalia. Ergo terra est immota.

VII.

Probatio
3.
quod sit de-
monstratio
dicitur.

Ad hæc quoq; ἀποδείξις ἡ δὲ ἀποδείξις nulla laborare mediolorum penuria. ipse rerum satis superq; evincit cursus. Divinitus enim in natura immediata posita & concessa causa ad effectum, & ipse effectus non negandus sit, necessum

necessum est, nisi principia negare, & quod DEUS multa in naturam frustra projiciat, mentis quadam perversitate asserere velimus, Exemplo ille Syllogismus esse potest. Quicquid citius excrescit quam aliud, illud eo ipso quoq; est humidius. Sed femine citius excrescunt quam mares. Ergo Feminae ipsis maribus sunt humidiores: de causa remota idem est judicium.

VIII.

Nec forma demonstratorij Syllogismi negabitur usq; adeo, ut prece- Probatio
pta $\text{\textit{\Gamma}} \kappa \alpha \tau \alpha \ \mu \alpha \tau \rho \varsigma$, $\text{\textit{\Gamma}} \kappa \alpha \delta' \ \alpha \upsilon \tau \circ$ & $\text{\textit{\Gamma}} \kappa \alpha \ \theta \lambda \alpha \ \pi \epsilon \omega \tau \circ \nu$, de quovis 4.
materiarum genere sine discrimine confusissime à Neoplatonicis usurpentur: Præsertim cum ista norma irrefragabilis necessitatis formam deno- ex forma,
tantes, materij quoq; non nisi $\alpha \mu \epsilon \tau \alpha \ \mu \alpha \tau \rho \varsigma$ necessarijs ex rei veritate quod sit de-
accommodari debeant. Vide Disp. 7. S. de Syllogismo ma- monstra-
teriali atq; demonstratorio pag. 45. & 46. tio.

IX.

Scientia vel scire est, sic ut non Sophisticè, sed solidè scire dicamur, Quid sit
rem per causam cognoscere, propter quam res est, & cognoscere quoq; hanc scire?
eius rei causam esse, nec posse eam aliter se habere. Arist. 1. post. 2.
t. 5. & 1. Phys. t. 1. 6. Eth. 3. Zabarella in comm. in,
post. Analytic. & Crell. part. prop. lib. 1. cap. 1.
pag. 533.

X.

Demonstratio verè est Syllogismus scientificus ex veri, primis, im- Quid sit
mediatis, notioribus, prioribus & causis conclusionis procedens. Aristot. Demon-
1. post. 2. t. 8. 9. 10. 11. 12. & c. Crell. c. 1. p. 537. stratio.

XI.

Demonstrationis veritas secundum Philosophum duplici modo co- Explicatio
gnoscitur. Omne enim quod discitur, aut Inductione aut Demonstratione definitio-
ne addiscitur. Arist. lib. 1. Analyt. post. c. 15. cont. 134. nis.
lib. 2. post. Anal. cap. ult. lib. 6. Eth. cap. 3. $\epsilon \pi \alpha \gamma \omega \gamma \eta$
principia cognoscimus, dum $\delta \nu \ \delta \rho \tau \omega \varsigma$ realiter, ut ait Aristoteles; necesse
est; ut sit aliquid extra intellectum, cuius scientiam per demonstrationem
habere avenus. Quod enim non est, non scitur 1. post. cap. 2. Et $\kappa \alpha$ -
 $\theta \lambda \alpha$

Θόλα (quale est principium ἀπειραξέως) considerari nisi per ἐπαγωγὴν non potest.

XII.

Veritatis enim sibi ad iudicium consensus, quod Philosoph. lib. 1. Metaph. cap. 1. literis reliquit consignatum. Fit ars, cum ex multis experimentalibus conceptibus una de similibus universalis opinio fiat. Nam Inductio est principium etiam ipsius universalis. Aristot. lib. 6. Ethic. 3. t. 33. quod ab experientia illa particulari, ut loquitur Aristoteles lib. 7. phys. c. 4. generalem accipit scientiam.

XIII.

Primis, idem est quod indemonstrabilibus: Si enim sumerentur demonstrabiles propositiones, non scirentur absq; demonstratione. Ignorata autem earum demonstratione, aut omnino non scirentur, aut sane per se non scirentur, & sic per accidens scirentur. Quomodo igitur ea ipsa, quae vel non sciuntur vel per se non sciuntur, scientiam per se, qualem nos quaerimus, inducent?

XIV.

Causis: quia scire diximus esse per causam cognoscere. Unde consequitur etiam priora requiri, siquidem cause sint priores: sed & notiora ne ab ignotis aut ignotioribus ad nota vel notiora progrediamur.

XV.

Notiora
duplicita.

Notiora sunt duplicia. alia ἀπλῶς καὶ τῇ φύσει simpliciter & naturā notiora, cuiusmodi sunt universalia, principia, & cause rerum, quae mente percipiuntur. Alia πρὸς ἡμᾶς, ἢ ἡμῶν quoad nos seu nobis notiora, cuiusmodi sunt singularia, composita & causarum effectus, quae a sensibus nostris primo percipiuntur. Arist. lib. 1. Eth. c. 4.

XVI.

Hinc Philosophus ita differuit lib. 5. Metaph. c. 11. secundum rationē universalia priora sunt, secundum v. sensum singularia & lib. 2. de part. animal. cap. 1. hoc ipsum inculcavit: πᾶ ὕστερ, ἐκ τῆ γενέσεσ, ἀπὸ πρὸ πῶ φύσιν ἐστὶ καὶ πρῶτον τὸ τῆ γενέσεσ πρῶτον.

Cum

XVII.

Cum verò primum & principium hic unum sint, quid principium sit *Quid sit explicandum.* Est verò illud propositio immediata, qua non est alia prior, principium per quam demonstrari possit.

XVIII.

Unde conspicitur, principia per Demonstrationem amplius cognosci non posse. Sunt enim Indemonstrabilia: quia primo & summo nihil est superius, & si principia aliqua se superiora agnoscerent, tum principiorum nomen & appellationem amitterent. A posteriori ergò principia cognosci possunt, non a priori, ut loquuntur Scholastici, & Philosophus in posterioribus.

XIX.

Principia que ad Demonstrationem adhibentur, alia sunt ἀπλάως *Principia talia: alia κατὰ τὰ talia: ἀπλάως talia sunt simpliciter ἀπρόδικτα, sunt dupliciter: Axioma & Thesis. Axioma est principium necessarium, non solum in se, sed quod omnibus etiam videtur & cognoscitur necessarium: Hoc enim lumine natura absq; ullo doctore ferè cognosci potest, & de hoc Philosophus lib. 4. Metaph. cap. 6. dixit: ὁπερ εἶ ζεῶς δεχθὶ τὸν δόξο δειξίς ἐστὶ.* *Quid sit axioma?* Hac enim axiomata sunt ἀπρόδικτα, ἀμετα καὶ αὐτόματα.

XX.

Thesis est Propositio, que ut intelligatur Doctoris requirit operam. Nam licet quidem ea non in illa demonstraretur scientia, cuius est Thesis: In alia tamen demonstrari potest scientia: ut quando in Astronomia Copernicus terram mobilem esse ponit: id à Physico vel demonstrandum, vel refutandum est, non item ab Astronomo. Cramerus lib. 1. post. analyt. cap. 3. pag. 220. *Quid sit Thesis?*

XXI.

Thesis subdividitur in Hypothesin Suppositionem & definitionem. *Subdivisio*
 Nam si simpliciter & determinate aliquid esse vel non esse affirmat vel negat. Hypothesis dicitur: ut omnes anguli recti inter se sunt aequales. Impossibile est lineas parallelas concurrere posse: Si verò absq; affirmatione vel negatione de aliquo nudam rei naturam & quidditatem ostendat, definitio est. *Theses in Hypothesin & Definitionem.*

nitio est. ut parallela sunt, que in infinitum ad eandem partes perducta nunquam concurrunt.

XXII.

Hypothesis
postulatiu.

Principia κατὰ τὰ duo sunt Hypothesis in specie & αὐτὰ πάλιν postulatum. Hypothesis in specie sic dicta est propositio demonstrabilis, quam discens veram esse credit. Postulatum est propositio demonstrabilis, cujus contraria discenti vera esse videtur. Aristoteles lib. I. post. Analyt. cap. 10.

XXIII.

Esti autem semper dari potest Instantia, ut utamur verbis Philosophi I. Analyt. post. cap. 4. adversus externum, id est, vocalem sermonem, ad Internum tamen λόγος non semper potest. Ita etiam axiomata verbo & voce, non intellectu negari possunt.

XXIV.

Tres necessitatis gradus.

Nihil verò est, quod substantiam demonstrationis magis constituere, atq; illi magis inimum ac naturale esse videatur, quam summa propositionum necessitas ab Aristotele in 4. cap. lib. I. post. Analyt. declarata. Zabarel. lib. I. de proposit. necess. cap. I. pag. 246.

XXV.

Sed cum propositionum necessitas nihil aliud esse videatur, quam prædicati cum subjecto perpetuus & indissolubilis nexus, tres huius necessitatis gradus invenit vir oculatissimus Aristoteles, eosq; tribus conditionibus significavit, quas vocavit, DE OMNI, PER SE & UNIVERSALE. Zabarella d. I.

XXVI.

Prima quidem sine alijs esse potest, at non alia sine ipsa: Eadem ratione potest secunda reperiri sine tertia, sed non tertia sine secunda, quo fit, ut prima conditio sola necessariam quidem propositionem faciat, levi tamen ac parva necessitate: secunda verò magis necessariam: sed tertia summè ac maximè necessariam, quandoquidem cum ea alia duæ ex necessitate conjuncta sunt. Jd. ibid.

XXXIII.

2. Secundus modus complectitur eas, in quibus Accidens proprium de
 3. Subiecto dicitur, sine quo definiri non potest. Tertius substantiarum tan-
 4. tum est & propositionum, quæ secundi adjacentis vulgò dicuntur. Quar-
 tus modus Externarum causarum & effectuum.

XXXIV.

Universa-
 le.

Καθόλου posterioristicum à Scholasticis κατ' ἐξοχήν dictum fuit
 καθόλου πρῶτον, in quo humani generis tota vi consistit, Est, quod omni
 inest & per se inest, & quatenus idipsam est. Arist. d. l.

XXXV.

Et sic hic tertius gradus absolutissimus est, qui reliquos duos superi-
 ores præsupponit & includit: Ut homo mobilis est, non quatenus homo est,
 sed quatenus corpus est. Corpus enim πρῶτον δευτέρου est mobilitatis.
 Quotiescunq; ergò sic totum prædicatum toti Subiecto inest, patet recipro-
 cationem fieri posse, & ita propositiones omnes, quæ hunc tertium necessi-
 tati gradum recipiunt, simpliciter converti & reciprocari posse.

XXXVI.

Duplex de-
 monstra-
 tio.

Est autem Demonstratio duplex; Arist. lib. i. post. anal.
 cap. 10. Zabarella lib. de speciebus Demont. Crell.
 part. prop. lib. i. cap. 7. Alia ostendit quod res sit, atq; τὸ ὄν colligit:
 Unde Demonstratio ὄν. Item Demonstratio à posteriori dicitur,
 quia ab ijs, quæ secundum naturam posteriora sunt, ut ab accidentibus pro-
 prijs & Φαινόμενοις, ab Effectibus ad causas & principia progreditur, quæ
 secundum naturam sunt priora.

XXXVII.

Alia ostendit, Cur & qua de causa sit res, atq; τὸ διὸν colligit. Hinc
 demonstratio ἔνός & Demonstratio à priori dicitur, quia à principijs &
 causis naturæ prioribus ad effectus, accidentia propria & Φαινόμενα pro-
 greditur.

XXXVIII.

Sciendam autem Demonstrationem genus esse ἀπὸ ἐνός primarioq;
 competere demonstrationi absolutissima & διόν. Secundario verò ἔνός.
 Unde & hoc resultat, quod hæc non sit divisio generis in species contradi-
 ctas, sed

Etas, sed enumeratio significatorum secundum ordinem pluribus communium.

XXXIX.

Nam Demonstratio dicitur principaliter verè & propriè Demonstratio dicitur, cum effectum & Καὶ νόμος per causam declaret. Demonstratio autem ὅτι propter nostram intelligentiam, que à Θεός posterioribus suam cognitionem inchoat, Demonstratio dicitur. Deinde quia reciprocas & per se propositiones continet, tum etiam, quia Demonstratio ὅτι si perfecta sit, in Demonstrationem dicitur permutari potest.

XL.

Ratione subjectæ materiæ etiam alia simpliciter, alia secundum quid & per accidens demonstratio dicitur. Demonstratio simpliciter est, cuius singule propositiones sunt καθόλου , in quibus majus extremum inest medio, quia ipsum & medium minori extremo eadem ratione convenit. Et hæc Demonstratio nullius loci vel temporis ratione mutabilis est.

Demonstratio simpliciter.

XLI.

Ejusmodi autem ἀκρίβεια in Metaphysicis & disciplinis purè Mathematicis, ut Arithmetica & Geometria locum habet. In concretis etiam scientiis καθόλου simpliciter Demonstratio haberi potest, sed non eadem perfectione, qua in abstractis. Quæ de causa non eadem in singulis ἀκρίβεια requirenda est disciplinis.

XLII.

Secundum quid est, cuius major propositio est καθόλου in Ἱεραγία sue discipline ejusdem generis, causis & principiis demonstrabilis: Minor autem & Conclusio habent singulare subjectum, cui tamen predicatum καθόλου adiungitur. Ejusmodi Syllogismi appellantur Practici & Technici, & usurpantur à Theologis, Iuriconsultis, Politicis, Medicis & artificibus, quatenus ad πρᾶξις & μὴντις sese proferunt.

Secundum quid.

XLIII.

Talis est Syllogismus Practicus in Medicina: Si ita ratiocinatur medicus: Cuiusdam nervi sensorij in cerebro πρὸς φῶς sunt obstructi, ille privatur sensu & motu. Sed huic egro nervi sensorij in cerebro πρὸς φῶς sunt obstructi. Ergo, Hic egro privatur sensu & motu.

XLIV.

Formam Demonstrationis quod attinet, sciendum, Syllogismos Demonstrativos

Forma Demonstrationis.

monstrativos, non tantum in prima sed etiam in secunda concludi figura: magis tamen in prima, cum maxime sit scientifica, & cum plurima scientia ipsa utantur, cumq; Demonstrationes & Decti per eam ostendantur, τὸ τὴν ἐστὶν per eam colligatur, cum deniq; secunda per eam sit scientifica.

XLV.

Sed tamen & concluditur Demonstratio propter quid in secunda figura, cum detur quoq; propositio negativa immediata, cujus scilicet neq; subjectum neq; predicatum est sub aliquo genere, ut: Nulla substantia est Quantitas.

XLVI.

Media De-
monstrati-
onis.

Media Demonstrationis potissimè duo sunt: Definitio & Causa. De Definitione rectè concluditur. 1. quod neq; omnium, quorum est Demonstratio, dari etiam possit definitio. 2. neq; omnia, que definiuntur, demonstrantur. 3. neq; idem simul definiatur & demonstretur. 4. neq; de definito demonstretur definitio.

XLVII.

Causa quadruplex est: Materia, Forma, Efficiens, Finis. Sed tamen singula scientie singulis hisce causarum differentijs in suis non utuntur demonstrationibus.

XLVIII.

Mathematica enim disciplina, que considerant οὐτὴ ἐξ ἀπορροῆς sola causa formali sua proposita demonstrant. In Physicis ad perfectam demonstrationem ut plurimum opus est cognitione omnium quatuor causarum, exceptis illis, que materiae tantum necessitate fiunt, in quibus nulla causa finiens assignari potest. Talia enim hoc vel illo modo eveniant, non quod melius fuerit, sed quod propter agentium & patientium Qσσι aliter fieri non potuerit. Videatur Zabarella: qui de medio demonstrationis duos singulari ingenij acumine conscripsit libros, nobis brevitati studendum. Videatur etiam Regius lib. 5. disp. Log. de Demonstr. probl. 6. p. 306

XLIX.

Proprietates demon-
strationis.

Demonstrationis proprietates seu Accidentia propria nobis jam veniunt excutienda: 1 est, principia rei demonstrata debent esse propria, seu in Demonstratione non committendus est de genere in genus, de scientia in scientiam

scientiam aliam transitus. Aristoteles lib. i. poster. Analyt. cap. 7. &c.

L.

2. Conclusio in Demonstratione saltem debet esse rerum aeternarum, non corruptibilium. Aristoteles cap. 8. poster. Analyt. 2.
3. Principia Demonstrationis sunt indemonstrabilia, & nihilominus sciuntur, aded ut principiorum cognitio & scientia sit quodammodo Regina & Domina omnium illorum, quae in eadem scientia traduntur, quandoquidem à principijs omnia dependent. c. 9. 3.

L I.

4. Demonstratio vera videlicet $\xi\ \delta\iota\omega\tau\iota$, scientiam parit perfectissimam. c. 12. qua potissimum distinguitur à Demonstratione $\xi\ \epsilon\tau\iota$. Illa enim est Perfecta: Hec Imperfecta: Illa demonstrat per causam, haec per effectum: Illa est potissima: Hec illius famula. 4.

L II.

5. Demonstratio potissima in prima figura & quidem in BARBARA constructur. c. 13. 6. In terminis Demonstrationis non datur progressus in infinitum. c. 16. 7. Universalis Demonstratio prior est particulari. c. 21. 8. Demonstratio affirmativa prior & melior est negativa. c. 22. 9. Demonstratio ostensiva tam affirmativa quam negativa praestat ducenti ad Impossibile. c. 23. 5.
6.
7.
8.
9.

L III.

Affinia & cognata scientiae Demonstrativa sunt, Opinio & Sagacitas. Scientia & opinio differunt materia & forma. Illa enim est rerum necessariorum cognitio indubitata: Hec cognitio rerum contingentium dubia & incerta. i. post. Anal. c. 30. Affinia demonstrationis.

L IV.

Solertia seu Sagacitas Graecis $\alpha\gamma\chi\iota\omega\iota\alpha$ dicta est $\epsilon\upsilon\sigma\chi\acute{\alpha}\lambda\epsilon\varsigma$ & $\alpha\sigma\chi\epsilon\tau\acute{\iota}\alpha\ \chi\epsilon\theta\acute{\iota}\nu\alpha\ \xi\ \mu\epsilon\tau\alpha$. Conjectatio medij facta brevissimo tempore.

L V.

Syllogismo Demonstrativo opponitur $\alpha\pi\acute{\alpha}\tau\eta$ seu Syllogismus $\alpha\pi\alpha\tau\eta\lambda\acute{\alpha}\nu\epsilon\varsigma$, qui oritur ex ignorantia, ubi vel contrarium veritati concludimus, vel decipimur in animo & erramus, & propterea falso cõcluso ex necessitate aut ambæ praemissa falsa sunt aut saltè altera. i. post. c. 13. & 14. Contraria demonstrationis.

Duplex
ignorantia.

LVI.

Est autem ignorantia duplex: vel κατὰ δόξαν secundum negationem, vel κατὰ διέθεσιν secundum pravam dispositionem.

LVII.

Κατὰ δόξαν est absoluta scientia rei alicuius carentia, ut Rustici & pueri absolute ignorant, Solem non esse flammam quandam magnam accensam. Homines quosdam nobis esse antipodes: Item, qui Caeci nati sunt, ignorant planè quid sit color, qui surdi, quid sit sonus, &c. Aristoteles d. 1.

LVIII.

Κατὰ διέθεσιν est deceptio, quae per ratiocinationem & quamcumq; intellectus operationem efficitur in ignorante pravè circa rei noticiam affecto.

LIX.

Hac ignorantia dupliciter solet committi: Vel enim simpliciter, videlicet, si quis ex autoritate aliqui, aut Imperatoris aut praeceptoris aut alterius cuiusdam; aut vna experientia, aut exemplo aut consuetudine deceptus, opinatur aliquid, quod veritati est contrarium. Ut cum Pythagoraei aulam harmoniam & numeram dicebant: quia αὐτὸς ἐφαθ' Pythagoras praeceptor dixit.

LX.

Altero modo cum Syllogismo & fallaci ratione fit deceptio, quae oppositam veritati necessario statuitur, ut cum Anaxagoras statuit: Omnia esse in omnibus, quia omnia fierent ex omnibus, & similia errata, quae multis modis, tam in propositionibus affirmativis, quam negativis, ἢ ἐξ, vel mediatis vel immediatis, ἢ ἐξ, vel, ut una vel utraq; praemissa in Syllogismo falsa sit, evenire potest.

Et hic pedem figimus remittentes illum, qui uberoiorem doctrinae Demonstrativae expetit declarationem, ad ipsum Aristotelem, eius Interpretes & alios, qui sat accuratè illam tractarunt.

Doctissimo



Doctissimo Adolescenti

DN.

MICHAELI BULFRASIO

Collegæ suo suavissimo.

Ὡς χρεῖν ἠδὲ εἶπε θεοῦ θυώδης
Πρωτοῦ ασκῆθ' ἄρει γεωργός
Δάξεται καὶ εἰς πολυκαρπὸν οἶον
σπέρματα καλά·

Ὅφρα ἀμνηστὴ δύναται ἐν ᾧρῃ
Συλλεγεῖν καρπὸν κατὰ τὴν ἀρετάν·
καὶ ἄγει σπιν σκίενθ' ἰοῖο
εἰς δόποθ' ἴκλει.

Ὅφρ' ἔχειν Ἰουλιῶν δύναται ἐν ᾧρῃ
Χείματ' ἄβρωτὸν τε πόσιον τε πλείεσσιν·
Μὴ πότε ἐν ῥηγῇ κρυεοῦ ὀληθη
λιμῶ ἀπερπᾶ.

Πρεφρόνως ἔτω πεδὶον ἰοῖο
Κοσμείεις πέχουσι σιφίη, τρώσις τε
φίλτατε χρυσυμπύκεσιν μάλιται
ΒΟΤΑΒΡΑΣΣΕ κέρουσι.

εἴ σ' ἐπ' ἀμπλὸν βίωσιν καλύπτειν
Γηροῦ θεσσαυροῦ ἀκροῦ, ἢ ἄλλου
καὶ κακῶν ζώων δίχα τῶν μερμηῶν
ἡμάτα συχλά.

Τῶνδε κεν καλὸν πλείεις τὸ ἔργον·
καὶ φροῖς καλῶς σὺν ἀέθλε σμενάς
ἔπι τις μῦθος περὶ κήρ' ἔργους·
ἢ δὲ γρησάρις.

ἢ μάχῃ

ἢ μάχη χερσίν, σόφην δὲ γλώσσην
τοῖς τιμύοις ἀνιβίοις, ἐκείθεν
τοῖς πόντ' αὐξήσῃ λιπυρῶς ἄρματα
λήϊα λίλυ.

Μὴ σέθεν μόχθ' ὅτι πέλεται μάτῃ
Ἀλλὰ τέχναις εὐδόκιμ' ἔβραβείον
Ἀγλαὸν δέξῃ, σωπεῖς τε θνητοῖς

γνώριμ' ἴσση
Χρήσιμ' ἔπλησῃς ἔση βροπῖσι
ἔκλι' ἔφ' ἔβρα ἐλικῶν ἔχοντ'
Εὐφροῖν' μακρὸν σόφην κῦδ'
ἔπ' ὀλέπῃ.


huc ponebat


M. Johannes Tungerlarius.


IN tenui labor est, artis præcepta tenere
In tenui labor est, inquam; sed Gloria magna,
Si possis animi justè depromere sensa.
At opus hæc labor est durus, fuit, atq; manebit!
Quare perpulchrè Logices γνωρίσματα mente
Ritè tenes, MICHAEL & nunc adscendis harenam
Non equidem pugilum, stringūt qui corpora multa,
Musas tu potius visis, qui munera multa
Largiter effundunt, ipsarum castra sequentes.
Macte novâ virtute tuâ, sic doctior ibis,
Aureolas tibi sic texes ex arte corollas,
Quantus odor fiet! nitor & quàm purus in hisce!
Macte novâ virtute tuâ, sic ibis ad astra.

Amicitiae ergò adponebat

Balthasarus Schubertus Junior.







R 7042.

S B B



N12<115901896010

Philosophie.
Cogit.
I. 132.



72

DISPUTATIO XII.
DE
SYLLOGISMO DE

